et purus in conscientia. ait em̄ xp̄s in euāgelio. Beati mūdo corde qm̄ ipsi deū videbūt. Si ergo vis mūdū cor & conscientiā sanā habere: pctā tua vniuersa cōfitere: oris em̄ confessio fit ad salutē. vt ait apl's. Et quia forte ante hoc aut per obliuionē: aut verecūdie confusionez aliqua pctā tua vel eorū circunstantias aggrauantes omisisti / trūcasti / abscondisti / vel minus confessus fuisti: ideo iam resume ab initio: et cōfitere qm̄ in proximo est vt viam vniuerse carnis ingressurus sis. & tunc amplius confiteri nō poteris. dic ergo vni pctā tua: vt deus coram multis milibus in die iudicij ea tegat. Si tu aūt ea hic tegas et abscondas. in omniū conspectu ad tui confusionē in die iudicij denudabūtur. Recogita ergo omnes annos tuos in amaritudine anime tue. et non sit tibi sollicitudo de aliqua creatura vel rebus mūdanis. sed omnē sollicitudinem tuam proijce in deum. et noli esse immemor salutis aīe tue. multū tempus in vanū trāsegisti. nunc vna hora tibi forte tm̄ superest in hac vita. et ideo hanc expende totaliter in vtilitatem & cōmodū anime tue. Surge frater de lacu miserie et de luto peccati per confessionez. Grandis em̄ tibi restat via. Surge ergo vt lotus lachrimis contritionis comedere valeas panez vite: hoc est sacramentū corporis christi quod erit tibi ī via hac qua gradieris robur et fulcimentū & ambulabis per dei gratiā in fortitudine cibi illius vsq3 ad mōtem dei: quod tibi cōcedat omniū fideliū redēptor dei filius iesus christus amē.

Deinde audita integra cōfessione infirmi & factis interrogationib9 expedietib9 iniūgat sacerdos īfirmo

ꝙ si quid iniuste alieni habuerit: vel si quē iniuste le serit seu dãnificauerit: reddat ⁊ satisfaciat si valeat: sin autẽ veniã humiliter postulet: attamẽ nõ iniũgat ei sacerdꝰ aliquã penitẽtiã sed dicat ei benigniter hoc modo. Frater tu tot ⁊ talia peccata cõmisisti: ꝑ quibus si tu esses sanꝰ talẽ penitẽtiã deberes agere vsqꝫ ad tale tempus. innotescẽdo ei illã penitentiã in speciali. sed quia infirmus es ⁊ forte vita tua ad hoc peragendum extẽdere nõ valebit: ideo iniungo tibi aliquam penitentiam: volo tamẽ ꝙ si forte discesseris: facias talẽ elemosinam vel ad minus iniungas amicis vel executoribus tuis ipsam facere ex ꝑte tua pro ipsa penitentia. assignando ipsam elemosinã in speciali. Si autem cõualueris: penitentiam quam tibi notificaui adimpleas vel iterum humiliter de nouo redeas ad cõfessionē: vel michi vel alij qui tibi absolutionis beneficium in hac parte de iure cõferre valeat ⁊ debeat. Et cõcedo tibi ꝙ oẽs indulgentie quorũcũqꝫ ꝑlatoꝝ tibi cõcesse seu qualitercũqꝫ cõcedẽde: eorũqꝫ bñdictiões / oẽs aque bñdicte aspsiones / deuote pectoris tui tuntiones / cordis tui cõtritiones / ista cõfessio et omnes alie cõfessiones tue deuote / omnia ieiunia / abstinẽtie / elemosine / vigilie / disciplĩe / orationes / ⁊ peregrinatiões / ⁊ omnia alia bona que fecisti vel facies: et omnia mala que ꝑ deo siue iniuste sustinuisti vel sustĩebis: passio saluatoris domini nostri iesu christi / meritaqꝫ beate ⁊ gl'iose virginis marie et oĩum alioꝝ sanctorum: necnõ suffragia totius sancte ecclesie catholice: cedãt tibi in remissionẽ istorũ ⁊ oĩum aliorũ peccatoꝝ tuorũ / in augmẽtationē

meritoꝝ ⁊ consecutionē premioꝝ eternoꝝ. Amen. Deinde dicat sacerdos hoc modo. Misereatur tui oīpotens de⁹ ⁊ dimittat tibi oīa peccata tua/ liberet te ab omni malo cōseruet ⁊ cōfirmet ī bono ⁊ ad vitā pducat eternā. Amē. Deinde absoluat sacerdos infirmū ab omnibus peccatis suis hoc modo dicens.

Dominus noster iesus christus pro sua magna pietate te absoluat: ⁊ ego auctoritate eiusdem dei ⁊ dñi nostri iesu christi ⁊ beatoꝝ apostoloꝝ petri ⁊ pauli ⁊ auctoritate michi tradita absoluo te ab oīb⁹ pctis his de q̄b⁹ corde cōtrit⁹ ⁊ ore michi cōfessus es/ et ab omnib⁹ alijs peccatis tuis de quib⁹ si tue occurrerent memorie cōfiteri velles/ ⁊ sacramentis ecclesie te restituo. In noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti. amē.

¶ Notandū est q̄ licet sacerdos possit de facto absoluere infirmū in articulo mortis ab oībus pctis suis/ tamē si aliq̄s casus occurrat in ꝯfessione a quo ipse sacerdos eū alias de iure absoluere nō posset/ iniūgendū est īfirmo q̄ cū ꝯualuerit p̄sentet se illi ad ꝯfitēdū q̄ eū de iure vel cōsuetudine ī hac parte absoluere debeat/ receptur⁹ ei⁹ mādata ⁊ satisfacturus. nā alias reincidit in eādē sententiā quā pri⁹ sustinuit. Si infirm⁹ bullā habeat apostolicā de plena absolutiōe et remissiōe oīm pctōꝝ suoꝝ semel ī articulo mortꝫ ꝯcessam/ tūc primo legat sacerḋ effectū bulle: deide ceteris pactꝫ vt p̄dictū est fiat ei⁹ absolutio sub hac forma

Dominus noster iesus christus pro sua magna pietate te absoluat/ et ego auctoritate eiusdeꝫ dei et dñi nostri iesu christi ⁊ beatoꝝ apostoloꝝ petri et pauli et domini nostri dñi. N. diuina prouidentia

summi pontificis et virtute gratie tibi concesse et electionis qua me in tuū confessorē elegisti in hac parte michi cōmissa: absoluo te ab omnibus peccatis tuis de quibus corde contritus et ore michi confessus es: et ab omnibus alijs peccatis tuis de quibus si tue occurrerēt memorie cōfiteri velles: ab omni fractione votorū / et ab omni omissione salutariū penarum sacramētaliter tibi iniunctarū: et ab omni transgressione diuinorum mandatorum: tibiqꝫ cōcedo plenā indulgentiā omniū peccatorum tuorum inquantū claues ecclesie et potestas domini pape se extendunt. Et si immiscendo te diuinis sic innodatus es aut vnq̄ fuisti q̄ aliquaʒ notā irregularitatis contraxisti vel penam suspensionis interdicti seu excōmunicationis incurristi: eadem auctoritate tollo et ammoueo tecūqꝫ dispenso: et sacramentis ecclesie te restituo. In nomine patris et filij et spiritussancti amē. Deinde dicat sacerdos oratione sequentē cū Dñs vobiscū. et Oremus. Oratio.

P Retende domine huic famulo tuo dexteraʒ celestis auxilij: vt te toto corde perquirat: et que digne postulat assequatur. Per xp̄m dñm nostrū. ℞. Amē. Sequatur. Bene ✠ dictio dei patris omnipotentis et filij et spiritussancti super te descēdat et maneat semper amen. Deinde osculetur crucē infirmus et sacerdotē et postea oēs alios p ordinē et interi dicat sacerdos morosius Dñs vobiscū. et Oremus. Oratio

D Eus misericors deus clemens: qui secundum multitudinē miserationū tuarū peccata penitentiū deles et preteritorum criminuʒ culpas venia remissionis euacuas: respice super hunc famulum tuū

N. sibi remissionem omniũ peccatorũ suorum tota
cordis contritione poscentem: renoua in eo pijssime
pater quicquid dyabolica fraude violatum est: ⁊ vni
tati corporis ecclesie tue mẽbrum infirmũ peccatorꝫ
percepta remissione restitue. miserere dñe gemituũ
eius miserere lacrimarꝫ / miserere tribulationũ atqꝫ
dolorꝫ: et non habentẽ fiduciã nisi in tua mĩa / ad sa-
cramẽtũ recõciliatiõis admitte. Per xp̃m. Oreꝰ. orõ

DA nobis quesumus dñe vt sicut publicani pre-
cibus et confessione placatus es: ita et huic fa-
mulo tuo. N. benignus aspira vt in confessione fide
li ꝑmanens misericordiã tuã celeriter consequat᷑ sa-
crisqꝫ altaribꝰ restitutus: rursusqꝫ diuino famulatui
mancipetur. Per christum dñm nostrum. Absolutio

ABsoluimus te. N. vice beati petri apl'orꝫ prĩci
pis cui dñs potestatẽ ligãdi atqꝫ soluẽdi dedit.
⁊ quãtũ ad te ꝑtinet accusatio ⁊ ad nos remissio: sit ti
bi oĩps deꝰ vita ⁊ salꝰ ⁊ oĩm pctõrꝫ tuorꝫ pius ĩdultor.
Qui viuit ⁊ regnat cũ deo prẽ ⁊c. prius q̃ iungat᷑ ifir
mꝰ icipiat sacerd. an. Saluator mũdi. deĩn dicat᷑ ps.

IN te dñe speraui nõ confundar ineternum: in
iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad
me aurẽ tuam: et salua me. Esto michi in deũ prote-
ctorẽ: et in locũ munitũ vt saluũ me facias. Qm fir-
mamentũ meũ: ⁊ refugiũ meum es tu. Deus meus
eripe me de manu pctõris: ⁊ de manu cõtra legẽ agẽ-
tis et iniqui. Qm tu es patiẽtia mea: dñe spes mea a
iuuẽtute mea. In te cõfirmatꝰ sum ex vtero: de ven
tre matris mee tu es protector meus. In te cãtatio
mea semꝑ: tanq̃ ꝓdigiũ factꝰ sum m̃ltis ⁊ tu adiutor

fortis. Repleatur os meũ laude: vt cantẽ gl'iam tuã tota die magnitudinẽ tuã. Ne piicias me i tpe sene ctut; cũ defecerit virt' mea ne derelinquas me Quia dixerũt inimici mei mala michi: & q custodiebãt aiaz meã consiliũ fecerunt in vnũ. Dicentes deus dereli- quit eũ: persequimini et cõprehendite eũ quia nõ est qui eripiat. Deus ne elõgeris a me: deus me' in auxi liũ meũ respice. Confundant et deficiãt detrahẽtes anime mee: operiant cõfusione & pudore qui querũt mala michi. Ego autẽ semp sperabo: & adiciã super oẽm laudẽ tuã Os meũ annũciabit iusticiã tuã: tota die salutare tuũ. Qm nõ cognoui litteraturã: itroi- bo in potẽtias dñi: dñe memorabor iusticie tue soli'. Deus docuisti me a iuuẽtute mea: & vsq nũc pnun- ciabo mirabilia tua. Et vsq in senectã & seniũ: deus ne derelinquas me. Donec annũciẽ brachiũ tuũ: ge nerationi omni que ventura est. Potẽtiã tuã & iusti- ciã tuã deus vsq in altissima q fecisti magnalia: de' quis similis tibi: Quãtas ostẽdisti michi tribulatio nes multas & malas: & conuersus viuificasti me: & de abissis terre iterũ reduxisti me. Multiplicasti magni- ficentiã tuã: & cõuersus cõsolatus es me. Nam & ego cõfitebor tibi in vasis psalmi veritatẽ tuã: de' psal- lam tibi in cithara sanctus israel. Exultabunt labia mea cũ cãtauero tibi: & aĩa mea quã redemisti. Sed & ligua mea tota die meditabit' iusticiã tuã: cũ cõfusi et reueriti fuerit qui querũt mala michi. Finito. ps. cũ Gloria pri. Sicut erat. tota dicatur an. Saluator mundi salua nos qui per crucẽ & sanguinẽ redemisti nos auxiliare nobis te deprecamur deus noster. Tunc

dicat sacerdos. Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus qui per beatũ iacobũ apostolũ tuũ locutus es dicens: infirmat quis in vobis inducat presbiteros ecclesie & orent super eum vngentes oleo sancto in nomine dñi: & oratio fidei saluabit infirmũ: et alleuiabit eũ dñs & si in peccatis sit dimittent ei: dignare per man⁹ nostras hunc famulũ tuum. N. infirmũ de oleo sanctificato vngere & virtute benedictionis tue saluti pristine restituere. vt qđ exterius per ministeriũ nostrũ efficit: hoc interius spiritualiter tua diuina virtus ac inuisibiliter tua malagmata operentur. Per dñm nrm.

¶ Tunc sacerdos accedens ad infirmum incipiat. pm seqn. quem chorus vel clericus totũ prosequatur: et sic fiat de ceteris psalmis sequentibus. ¶ Psalmus.

VSquequo dñe obliuisceris me in finez: vsquequo auertis faciẽ tuã a me. Quãdiu ponã consilia in anima mea: dolorẽ in corde meo per diẽ. Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me: respice & exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eũ. Qui tribulant me exultabũt si motus fuero: ego autẽ in misericordia tua speraui. Exultabit cor meũ in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit michi: & psallã nomini dñi altissimi. Gloria pri. Dũ dicitur p̃dictus p̃s a choro vel a clerico: accipiat interim sacerdos oleũ ĩfirmorũ sup pollicem dextrum: & sic cum illo pollice tangat infirmũ cũ oleo signũ crucis faciẽs sup vtrũq; oculũ incipiendo ad dextrũ oculũ: et dicat sacerdos hoc modo.

PEr istã vnctionẽ et suã pijssimam miam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per visum. ℞. Amen. Sequatur Psalmus.

EXaltabo te dñe quoniã suscepisti me. nec delectasti inimicos meos super me. Dñe deus meus clamaui ad te. et sanasti me. Dñe eduxisti ab inferno animam meã. saluasti me a descendẽtibus in lacũ. Psallite dño sancti eius. et cõfitemini memorie sanctitatis ei⁹. Qm̃ ira in indignatione eius. et vita in voluntate eius. Ad vesperũ demorabitur fletus. et ad matutinũ leticia. Ego aũt dixi in abũdãtia mea: non mouebor in eternũ. Dñe in volũtate tua. prestitisti decori meo virtutẽ. Auertisti faciẽ tuã a me: et factus sum conturbatus. Ad te dñe clamabo. et ad deũ meũ depcabor. Que vtilitas in sanguine meo. dũ descendo in corruptionẽ? Nunquid cõfitebitur tibi puluis. aut annũciabit veritatẽ tuam? Audiuit dñs et misertus est mei. dñs factus est adiutor meus Conuertisti planctũ meũ in gaudiũ michi. cõcidisti saccũ meũ et circũdedisti me leticia. Ut cãtet tibi gloria mea et nõ cõpungar. dñe deus meus in eternũ cõfitebor tibi. Gloria pri. Deinde super aures dicens.

Per istã vnctionẽ et suã pijssimã miam idulgeat tibi dñs q̃cq̃d peccasti p auditũ. ℞. amẽ. seq̃t ps.

IUdica me deus et discerne causã meã de gẽte non sancta. ab homĩe iniquo et doloso erue me. Quia tu es de⁹ fortitudo mea. quare me repulisti et quare tristis ĩcedo: dũ affligit me inimicus. Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuã. ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montẽ sanctũ tuum et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutẽ meã. Confitebor tibi ĩ cythara de9 deus meus: quare tristis es aĩa mea ⁊ quare cõturbas me: Spera in deo: qm̃ adhuc cõfitebor illi salutare vultus mei ⁊ deus meus. Gloria patri. Deinde super labia dicens.

PEr istam vnctionem ⁊ suã piissimã misericordiam indulgeat tibi dñs quicquid peccasti per gustum ⁊ illicita verba. ℟ Amẽ. Sequat psalmus.

DEus in noie tuo saluũ me fac: ⁊ in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationẽ meã aurib9 percipe ṽba oris mei. Quoniã alieni ĩsurrexerũt aduersuz me: ⁊ fortes quesierũt aĩam meã et nõ proposuerũt deũ ante cõspectũ suũ Ecce em̃ deus adiuuat me: ⁊ dñs susceptor est aĩe mee. Auerte mala ĩimicis meis: ⁊ ĩ veritate tua disp̃de illos. Volũtarie sacrificabo tibi: et cõfitebor noĩ tuo dñe qm̃ bonũ est. Qm̃ ex oĩ tribulatione eripuisti me: et sup ĩimicos meos. despexit ocul9 me9. Gl'ia p̃ri. Deĩñ sup nares dicens.

PEr istã vnctionẽ ⁊ suã piissimã miam ĩdulgeat tibi dñs q̊cq̃d peccasti p odoratũ. ℟ Amẽ. seq̃r

DEus in adiutoriũ meũ intẽde: dñe ad adiuuandũ me festina. Confundant ⁊ reuereant: qui querũt aĩam meã. Auertãtur retrorsuz ⁊ erubescant: qui volũt michi mala. Auertant statim erubescẽtes: qui dicũt michi euge euge Exultẽt ⁊ letentur in te oẽs qui querunt te: ⁊ dicant semp magnificetur dñs qui diligũt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: dñe ne moreris. Gloria p̃ri Man9 sacerdotis ĩfirmi debẽt inũgi in partib9 exteriorib9.

nam et episcopus linebat in partibus interioribus. Manus vero cuiuscunqꝫ alterius infirmi debent inungi interius. Deinde super manus ita dicēs.

Per istā vnctionē ꝛ suā piissimā miam ĩdulgeat tibi dñs q̄cq̄d peccasti ꝑ tactū. ℞. Amē. Sequat ps.

INclina dñe aurē tuā et exaudi me: qm̄ inops et paup sum ego. Custodi aīam meā qm̄ sanctus sum: saluū fac seruum tuū deus meus sperantē in te. Miserere mei dñe qm̄ ad te clamaui tota die: letifica aīam serui tui qm̄ ad te dñe aīam meā leuaui. Qm̄ tu dñe suauis ꝛ mitis: ꝛ multe misericordie omnib⁹ inuocantib⁹ te. Auribus percipe dñe orōnem meā: intēde voci deprecationis mee. In die tribulatiōis mee clamaui ad te: qꝛ exaudisti me. Non est similis tui in dijs dñe: ꝛ non est scd̄m opera tua. Oēs gentes quascūqꝫ fecisti veniēt ꝛ adorabunt corā te dñe: et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu: ꝛ faciēs mirabilia tu es deus solus. Deduc me domine in via tua ꝛ ingrediar in veritate tua: letet cor meū vt timeat nomē tuū. Confitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo: ꝛ glorificabo nomen tuū in eternū. Quia mia tua magna est super me: et eruisti animā meā ex inferno īferiori. Deus iniqui insurrexerūt sup me: et synagoga potentiū quesierūt aīam meā: ꝛ nō ꝓposuerunt te in cōspectu suo. Et tu dñe de⁹ miserator ꝛ misericors: patiēs ꝛ mlt̄e mie ꝛ verax. Respice in me ꝛ miserere mei: da īperiū puero tuo: et saluū fac filiū ancille tue. Fac mecū signū ī bono vt videāt q̄ oderūt me ꝛ ꝯfundant: qm̄ tu dñe adiuuisti me ꝛ ꝯsolat⁹ es me. Glia. Deinde sup pedes ita dicēs

PEr istam vnctionē et suam pijssimā misericordiā indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per incessum peduz. ℟. Amen. Sequatur psalmus.

DOmine deus salutis mee: in die clamaui ꝛ nocte corā te. Intret in cōspectu tuo oratio mea: inclina aurē tuā ad precē meā. Quia repleta est malis anima mea: ꝛ vita mea in inferno appropinquauit. Estimatus suz cū descendentibus in lacū: fact⁹ suz sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulcris quoꝝ non est memor ampli⁹. ꝛ ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerūt me in lacu inferiori. in tenebrosis ꝛ in vmbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus. ꝛ oēs fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me. posuerūt me abominationez sibi. Traditus suz et non egrediebar. oculi mei languerunt pre inopia. Clamaui ad te domine. tota die expandi ad te man⁹ meas. Nunquid mortuis facies mirabilia. aut medici suscitabūt ꝛ confitebunt tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiā tuā. ꝛ veritatem tuaz in perditionez? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua. ꝛ iusticia tua in terra obliuionis. Et ego ad te domine clamaui. ꝛ mane oratio mea pueniet te. Ut quid domine repellis orationez meā: auertis faciē tuā a me. Pauper sum ego ꝛ in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autē humiliat⁹ sum ꝛ conturbatus. In me transierunt ire tue et terrores tui ꝯturbauerūt me. Circundederūt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul. Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria-

Gloria patri. Sicut erat. Deinde in dorso inter lumbos maris: vel super umbilicum mulieris ita dicens.

PEr istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per illicitas cogitationes et per ardorem libidinis. R. Amen.

¶ Tunc erigens se sacerdos lauet manus suas cum sale et aqua in vase quo stuppe olei ponuntur: que igne crementur et in cimiterio fodiantur. Postea dicat sacerdos super infirmum benedictionem hoc modo.

IN nomine patris et filij et spiritussancti sit tibi hec olei unctio ad purificationem mentis et corporis: et ad munimen et defensionem contra iacula immundorum spirituum. R. Amen. ¶ Sequatur psalmus.

DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone domine custodiam ori meo: et hostium circumstantie labijs meis. Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem: et non communicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erepta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te domine domine oculi mei in te speraui non auferas animam meam. Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: et ab scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores: singu-

lariter sum ego donec transeã. Gloria patri. Deinde dicat sacerdos. Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

Domine deus saluator noster qui es vera salus et medicina: a quo omnis sanitas & omne medicamentũ venit: quiq nos apostoli tui iacobi documẽto instruxisti vt languẽtes olei liquore orãtes tãgeremus: respice propicius sup hũc famulũ tuũ. N. quẽ languor cruciat ad exitũ / & viriũ defectus ptrahit ad occasum / medela gratie tue saluti restituat castigatũ. extingue in eo clemẽtissime deus omniũ febriũ estus / dolor stimulos: & cunctor languor cruciatus: viscer quoq & secretor ĩterna medicina: atq medullarũ discrimina sana cõpagum etiam & artuum dele cicatrices veteres: & acerbas cõpesce passiones. reformet in eo carnis ac sanguinis quã creasti perfecta materies: sicq illũ iugiter tua custodiat pietas: vt nec ad corruptionez aliquãdo sanitas / nec ad perditionẽ perducat ĩfirmitas: sed fiat illi hec sacra olei perunctio cõcita morbi presentis & languoris expulsio: & pctõr oĩm exoptata remissio. p te saluator mũdi. Qui cũ deo prẽ & spũsctõ viuis & regnas de? p oĩa secula sclor. Amẽ. Facta vnctiõe vt pdictũ est: expediẽs erit vt sacerdos ante cõmunionẽ inquirat ab infirmo an aliqua alia pctã sibi ad memoriaz occurrãt de quib? nõ erat ꝯfessus. nã posset esse q p preces et deuotas orõnes sacerdotꝫ siue alior: de? corꝫ infirmi illustraret & daret ei gratiã verius & plenius confitẽdi. Et postea interroget eum sacerdos si recognoscat corpus et sanguinem dñi nostri iesu christi sic dicẽdo Frater credis q sacramẽtũ qd tractatur ĩ altari sub

forma panis est verum corpus et sanguis dñi nostri iesu christi. Respõdeat ĩfirmus: Credo. Deĩde cõicet infirmus: nisi prius cõicatus fuerit: & nisi de vomitu vel alia irreuerẽtia ꝓbabiliter timeatur: ĩ quo casu dicat sacerd. infirmo. Frater in hoc casu sufficit tibi vera fides & bona volũtas: tantũ crede & mãducasti. Et nota ꝙ sacerdos infirmis cõicandis stola induet. Unde cõicans sacerdos infirmuz dicat. Corpus dñi nostri iesu christi custodiat corpus tuũ & animã tuaz in vitam eternã. Amẽ. Deĩde dicat sacerd. sine Dñs vobiscum. sed tãtum cum Oremus. orationẽ seqntẽ que nõ dicatur nisi tm̃ quãdo infirmus cõicat. Oro.

Domine sancte pater oĩps eterne deus te fideliter deprecamur: vt accipienti huic fratri nr̃o N. sacrosanctũ corp⁹ & sanguinẽ filij tui dñi nr̃i iesu christi tã corporis ꝙ aĩe sit sal⁹. amẽ. Deĩn sequat ps.

Lauda aĩa mea dñm laudabo dñm ĩ vita mea: psallã deo meo ꝙ diu fuero. Nolite cõfidere in principib⁹: nec in filijs hoim in quibus nõ est salus. Exibit spiritus eius & reuertetur in terrã suã: in illa die peribũt oẽs cogitationes eoꝝ. Beatus cui⁹ deus iacob adiutor eius spes ei⁹ in dño deo ipsius qui fecit celũ & terrã / mare & oĩa que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculũ: facit iudiciũ iniuriã patiẽtibus dat escã esuriẽtibus. Dominus soluit cõpeditos: dominꝰ illuminat cecos. Dñs erigit elisos: dñs diligit iustos. Dñs custodit aduenas pupillũ & viduã suscipiet: & vias peccatoꝝ disperdet. Regnabit dñs ĩ secula deus tuus syon: in generatione & generationẽ. Gloria patri. Quo finito dicat sacerdos. Oremꝰ. Oratio

DEus qui peccatores et scelerū onere vulneratos sacerdotib⁹ tuis ostēdere iussisti: deus qui discipulis tuis man⁹ super īfirmos vt bene haberēt ponere precepisti. Deus qui ꝑ apostoloꝝ tuoꝝ man⁹ infirmos sacro oleo vngere/et ꝓ eis orare docuisti. Deus qui ꝑ īpositionē manuuȝ sacerdotū cuȝ sancti noīs tui īuocatiōe peccata relaxare voluisti: exaudi oratioēs nostras ⁊ da huic famulo tuo N. infirmitatis noxa oppresso: ꝑ hoc sacrosanctū mysteriuȝ quod nos īdignos famulos tuos agere voluisti remissionē omniū peccatoꝝ: quaten⁹ ꝑ hāc sacrati olei vnctionē/corporis et sanguinis tui susceptionē atqȝ man⁹ nostre īpositionē cūcta ei facinora spirit⁹ sancti gratia relaxētur: sanitas anime et corporis restituatur: vt non ei pl⁹ noceat conscientie reatus ad penā ꝗ indulgentia tue pietatis ad emēdationē ꝓsit et veniā te concedente saluator mūdi. Qui viuis ⁊ regnas cū deo patre in vnitate eiusdē. ⁊c. Deinde benedicat sacerdos infirmum dicens sic. Benedicat ✠ te de⁹ pat qui in principio cūcta creauit. ℞. Amē. Et sic respōdeatur ad singulas benedictiōes. Sanet te dei fili⁹. Amen. Illumiet te spūssctūs. Amen. Corpus tuū custodiat. Amen. Animā tuam saluet. Amen. Cor tuum irradiet. Amen. Sensum tuū dirigat: ⁊ ad supernam patriā te perducat qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat. Per oīa secula seculoꝝ. Amen. Alia benedictio.

BEne ✠ dicat te deus celi. Amen. Adiuuet te xp̄us filius dei. Amen. Corpus tuum in suo sancto seruitio custodiri ⁊ conseruari faciat. Amen. Mentē tuā illuminet. Amen. Sensū tuū

custodiat. Amen. Gratiam suā ad pfectū aīe tue in te augeat. Amen. Ab omni malo te liberet. Amen. Oīa pctā tua deleat. Amen. Dextera sua te defēdat Amen. Qui sctōs suos semp adiuuat ipse te adiuuare & ꝯseruare dignet. Qui viuit & reg. Alia benedcō.

Bene✠dicat te deus pater qui in principio cuncta creauit. Bene✠dicat te dei filius qui de supernis sedib⁹ p nobis saluandis descendit & crucem subire non recusauit. amen. Bene✠dicat te spūssanctus qui ī similitudine columbe in flumine iordanis in christo requieuit. amē. Ipseq3 te in trinitate sctifi cet quē oēs gentes vēturū expectāt ad iudiciū. Qui cuz deo pre & eodē spūsancto. amē. Finito hoc officio cōuenienter dici poterūt ab īfirmo lāguēte ī extremis si placeat or. subscripte vel earū aliq. videlz ps. Miserere. i. Itē. ps. Deus ī noīe. Itē. ℣. Suscipe me scōm eloquiū tuū & viuā: & nō ꝯfūdas me ab expectatiōe mea: & que est expectatio mea nōne dns. vel sic. Domine iesu christe suscipe spiritū meū. Itē. Deus ppicius esto michi pctōri. Itē ℣. In manus tuas dne cōmēdo spm meū redemisti me dne deus ṽitatz. Itē ℣. Delicta iuuētutis mee & ignorātias meas ne memineris. Itē. ℣. Ab occultis meis mūda me dne. Itē. ℣. Ne proiicias me dne ī tpe senectutis cū defecerit virtus mea ne derelinquas me. ¶ Sciendum est aūt ꝙ nō licet alicui ministrare sacramētū vnctiōis extreme nisi tm sacerdoti. vnde si aliqs nō sacerd. attētaret hoc facere: nichil faceret ꝯsecratio. Loca ṽo vngēda sunt suprādicta & nō alia nisi ī mutilatis: ī quibus debēt iungi loca magis ppinqua. Et notādū

est q̄ si sacerdos iā aliquib⁹ partib⁹ inunctis alijs re stātib⁹ ad vngēdū defecerit/ partes cū vncte nō sint iterato vngende / sed que restāt vnctiōes vngēde p̄ sacerdotē aliū cōpleant. Potest em̄ sacerdos vno clerico p̄sente infirmū inungere: & etiam sine cleri co in necessitatis articulo. Moneāt freq̄nter sacer dotes parrochianos suos q̄ oēs. xiiij. annoꝝ & ampli us se exhibeāt ad sacramētū vnctiōis extreme susci piendū qn̄ met⁹ mortis īminet. Doceāt etiā eos q̄ hoc sacramētū licite pōt iterari sine aliqua sui iniu ria. vnde quotiēs hō ꝯualuerit & noua īfirmitas ite rato supuenerit ex qua fuerit met⁹ mortis pōt idē hō in vnaquaq3 hmōi īfirmitate iungi. In eadē quo q3 īfirmitate hoc sacramētū iterari pōt. nā in egri tudīe diuturna d3 fieri qn̄ videt̄ deducere ad mortē. Et si illū articulū euadat eadē īfirmitate durāte eti am postea ad statū similē reducat̄. iterꝝ pōt iungi: q2 ali⁹ ē īfirmitatis stat⁹: l3 sit eadē īfirmitas. Et si q̄s post hoc sacramētū cōualuerit nichilomin⁹ ad opus coniugale & ad oē op⁹ honestū licite poterit reuerti.

Hoc sacramētū nō ē ꝯferēdū eūtib⁹ ad bellū vel ad duellū pegrinis aut nauigātib⁹ vl' his q̄ stati occidē di sūt. Sil'r pueri / frenetici / furiosi vl' aliq̄ alij hmōi alienationē mētis patiētes: eo q̄ debitā discretionē deuotiōis & spe penitētie nō habeāt: ad hoc sacramē tū nō admittant̄. nisi forte ipsi frenetici furiosi vel a mētes ī sana mēte cōstituti hoc sacramētū petierūt vel alias an̄ hmōi passionē seu mētis alienationē de sua salute fuerit solliciti: tūc nichilomin⁹ ꝯsulit̄ hoc sacramētū eis fiducialit̄ mīstrari. In cōsti. lambeth.

p.ca.vlt. Nota ꝙ tempore interdicti nõ debet cõferri sacramẽtũ vnctionis extreme nec alia sacramẽta. exceptis baptismo/cõfirmatione/penitẽtia ꝛ viatico existentibꝰ in articulo mortis tãtuꝫ cõferendo. ¶Cũ vero aĩa in exitu seu dissolutiõe corporis visa fuerit laborare pcutiat tabula minute ꝛ acrit: et tũc omnes clerici cum summa velocitate accurrant ꝛ dicant. Credo in vnũ. Require in missa sponsal. deinde dicant septem psos penitentiales cum Gloria patri. vtš. Quibus dictis subiungatur hoc capitulum.

Parce domine parce famulo tuo quem redimere dignatus es precioso sanguine tuo ne ineternum irascaris ei. Hoc capitulum dicatur tribus vicibus tam a sacerdote ꝙ a toto conuẽtu: ita tamen ꝙ sacerdos prius dicat: ꝛ cõuentus repetat. Deinde dicatur sequens letania sine nota hoc modo.

Pater de celis deꝰ: miserere aĩe famuli tui. Fili redẽptor mũdi deꝰ. mise. a. fa. t. Spũssãcte deꝰ: miserere aĩe famuli tui. Sctã trinitas vnꝰ deꝰ: mise. a. fa. t. Sctẽ sctõꝝ deꝰ: mi. Qui es trinꝰ ꝛ vnꝰ deꝰ: mi. Sctã maria: itercede p aĩa eius. Sctã dei genitrix: intcede. Sctã virgo virginũ: iter. Sctẽ michael: it.

Sancte gabriel inter
Sancte raphael inter
Oẽs scti ãgeli ꝛ archãgeli: intercedite pro aĩa eiꝰ.
Oẽs scti bonoꝝ spirituũ ordĩes: intcedite p aĩa e.
Sctẽ iohẽs baptista. int.
Oẽs scti patriarche ꝛ pro phete: itercedite p aĩa eiꝰ
Sancte petre inter.
Sancte paule inter.
Sancte andrea inter.
Sancte iacobe inter.
Sancte iohannes inter.
Sancte philippe inter
Sancte iacobe inter.

Sctē bartholomee int.
Sctē mathee inter.
Sācte thoma inter.
Sctē symon inter.
Sancte iuda inter.
Sctē mathia inter.
Sancte marce inter.
Sancte luca inter.
Sctē barnaba inter.
Oēs scti apostoli et euāgeliste. intercedite ꝑ aīa ei⁹.
Oēs sancti discipuli dn̄i et inocētes. itercedite ꝑ.
Sctē stephane inter.
Sancte line inter.
Sancte clete inter.
Sctē clemens inter.
Sācte corneli inter.
Sctē laurenti inter.
Sācte sixte inter.
Sācte vincenti inter
Sācte georgi inter.
Sācte fabiane inter.
Sācte sebastiane inter
Sācte albane inter.
Sācte edmunde inter.
Sācte blasi inter.
Sctē dionysi cū so. t. int.
Sctē eustachi cū so. t. int.
Sancte geruasi inter.
Sancte prothasi inter.
Sancte cosma inter.
Sācte damiane int.
Scti iohēs et paule Int.
Scti crispine et crispiniane. Intercedite ꝑ aīa ei⁹.
Oēs scti martyres Int
Sctē benedicte inter.
Sācte siluester inter
Sctē nicolae inter.
Sctē martine inter.
Sācte hilari inter.
Sancte ambrosi inter
Sctē hieronyme inter
Sctē augustine inter
Sācte birine inter.
Sācte swithine inter.
Sācte athelwolde iter.
Sācte dunstane īter.
Sācte cuthberte īter.
Sācte leonarde inter
Sācte egidi inter.
Oēs scti cōfessores Int
Oēs scti monachi et heremite. intercedite ꝑ aīa ei⁹
Sancta maria magdalena. intercede ꝑ aīa eius.
Sctā maria egiptiaca. it
Sācta felicitas inter.
Sancta perpetua inter.

Sancta cecilia int. Sancta iuliana inter.
Sancta lucia inter. Sancta margareta int.
Sancta agatha inter Sctā anastasia inter.
Sancta agnes inter. Sancta petronella int
Sancta fides inter. Sancta editha inter.
Sancta katherina int. Sancta brigida inter.
Sancta scolastica int. Oēs sctē virgīes ītercedī.
Oēs sancti intercedite ꝑ aīa ei⁹. Propici⁹ esto parce et dimitte ei oīa peccata sua dn̄e. Ab oī malo. libera et defende aīam eius dn̄e. Ab hoste iniquo. libera et defende aīam ei⁹ dn̄e. Ab īsidijs ⁊ laq̄is diaboli. libera ⁊ defēde a. e. d. Ab īcursu malignoꝝ spirituū. libe. A timore īimicoꝝ. libe. Ab ira tua. li. A dānatione perpetua. li. A penis īferni. li. A periculo mortis. li. A pōdere peccatoꝝ. li. Per imēsaꝫ pietatē tuaꝫ. lib. Per mysteriū sctē incarnationis tue. li. Per sanctā circūcisionē tuā. li. Per sanctā apparitioneꝫ tuam. libe. Per baptismū tuū. li. Per ieiuniū tuū. libera. Per passionē et crucē tuā. lib. Per pijssimā morteꝫ tuā. lib. Per gloriosam resurrectionē tuā. libe. Per admirabilē ascēsionē tuā. li. Per aduentū sancti spiritus paracliti. li. Per intercessionē omniū sanctoꝝ tuoꝝ. li. In die iudicij. li. et def. a. eius dn̄e. Peccatores: te rogamus audi nos. Ut aīam famuli tui de prīcipib⁹ tenebrarū ⁊ de locis penaꝝ liberare digneris. tꝝ. Ut ab inferoꝝ cruciatibus liberare digneris. tꝝ. Ut cuncta eius pctā obliuioni ꝑpetue tradere digneris. tꝝ. Ut ei oēs lubrice temeritatis offensas dimittere digneris. tꝝ. Ut delicta iuuentutis eius et ignorantias non reminiscaris. tꝝ. Ut quicquid viciorūꝫ

fallente diabolo ꝛ ppꝛia iniqtate atqꝫ fragilitate cõ
traxit clemẽter ĩdulgere digneris. tꝛ. Ut eũ in pacis
ac lucis regiõe cõstituere digneris. tꝛ. Ut ei gaudiũ
et exultationẽ in regno tuo cũ sanctis ꝛ elect; tuis do
nare digneris. tꝛ. Ut nos exaudire digneris. te rog.
Fili dei: te rogamus audi nos. Agnus dei qui tollis
peccata mũdi miserere aĩe eius. Christe iesu misere-
re aĩe eius. Agnus dei qui tollis pctã mundi dona ei
pacẽ eternãqꝫ felicitatẽ ꝛ gloꝛiam sempiternã amẽ.
PRoficiscere anima chꝛistiana de hoc mundo in
nomine dei patris omnipotẽtis qui te creauit.
amen. In nomine iesu chꝛisti filij eius qui pꝛo te pas
sus est. amen. In nomine spiritussancti qui in te ef-
fusus est. amen. In nomine angeloꝛum et archãge-
loꝛũ. amen. In nomine thꝛonoꝝ et dominationum
amen. In noĩe pꝛincipatuũ ꝛ potestatũ ꝛ omniũ ce
lestium virtutũ. amen. In nomine cherubin ꝛ sera-
phin. amen. In noĩe patriarchaꝝ ꝛ pphetaꝝ. amẽ
In noĩe apostoloꝝ ꝛ martyꝝ. amẽ. In noĩe cõfes-
soꝝ ꝛ episcopoꝝ. amẽ. In noĩe sacerdotũ ꝛ leuitaꝝ
et oĩm ecclesie catholice graduũ. amẽ. In noĩe mo-
nachoꝝ ꝛ anachoꝛitaꝝ. amen. In nomine virginũ
et fideliũ viduaꝝ hodie in pace locus tuꝰ fiat ꝛ habi-
tatio tua in celesti hierusalẽ. amẽ. Oꝛemus. Oꝛatio.
SUscipe itaqꝫ dñe seruũ tuũ ĩ bonũ ꝛ lucidũ ha-
bitaculũ tuũ. Amẽ. Libera dñe aĩam serui tui
ex oĩbꝰ periculis infernoꝝ et de locis penaꝝ ꝛ de oĩbꝰ
doloꝛibus tribulationũ. Amẽ. Libera dñe aĩam ser-
ui tui sicut liberasti enoch ꝛ heliã de moꝛte cõmuni.
Amẽ. Libera dñe aĩam serui tui sicut liberasti loth

de sodomis ꝛ de flāma ignis. amē. Libera dñe aīam serui tui sicut liberasti ysaac de manib⁹ pr̄is sui abrahe. amē Libera dñe aīaꝫ serui tui sicut liberasti moysem de manu pharaonis. amē. Libera dñe aīam serui tui sicut liberasti iob de passiōib⁹ suis. amē. Libera dñe aīaꝫ serui tui sicut liberasti dauid de manu golie ꝛ de manu saul regis. amē. Libera dñe aīaꝫ serui tui sicut liberasti danielē de lacu leonū. amē Libera dñe aīaꝫ serui tui sicut liberasti tres pueros de camīo ignis ardētis. amē. Libera dñe aīam serui tui sicut liberasti susannā de falso crimine. amē. Libera dñe aīam serui tui sicut liberasti petrū ꝛ paulū de vincul' amē. Sicut liberasti sctōs seruos tuos de tormentis: sic liberare digneꝛ aīaꝫ serui tui de gehēne incēdijs. ꝛ ab oibus āgustijs. amē. Sequaꝛ cōmēdatio [illegible] dicaꝛ in camera vel ī aula sine nota iuxta corp⁹ ꝛ oia subseqnter simil'r vsqꝫ ad ꝑcessionē ad [illegible] mortuū suscipiēdū. Post cōmendationeꝫ sequaꝛ ℟. Subuenite scti dei occurrite angeli dñi suscipiētes aīaꝫ ei⁹. Offerentes eā in cōspectu altissimi. ℣. Suscipiat te christ⁹ q̄ vocauit te ꝛ in sinu abrahe angeli deducant te. Offerentes. sequatur orato sine Dominus vobiscum et sine Oremus. Oratio.

Tibi domine commendamus animaꝫ famuli tui. N. vt defunct⁹ seculo tibi viuat: ꝛ que per fragilitatē mūdane cōuersationis peccata admisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per eūdem christum dñm nostrū. Amen. Oremus. Oratio.

Misericordiā tuā dñe sctē pater omp̄s etne de⁹ pietatis affectu rogare ꝑ alijs cogimur: q̄ pro

nr̄is supplicare pctis nequaq̄ sufficim⁹. tamē de tua cōfisi gratuita pietate ⁊ inolita benignitate clemē-tiā tuā deposcim⁹: vt aīaʒ famuli tui. N. ad te reuertentē cū pietate suscipias: assit ei angelus testamēti tui michael: ⁊ per man⁹ scōꝝ angeloꝝ tuorū in sinu abrahe p̄riarche tui eā collocare digneris. quatenus liberata de principibus tenebraruʒ ⁊ de locis penaꝝ nullis iam primeue natiuitatis vel ignorantie/ aut proprie iniquitatis seu fragilitatis cōfundatur erroribus: sed potius agnoscatur a tuis et scē beatitudinis requie perfruatur: atq̧ cuʒ magni iudicij dies aduenerit. inter sanctos et electos tuos aggregata gloria manifeste contemplationis tue perpetuo satietur. Per xp̄m do. an. Suscipiat te xp̄us qui vocauit te ⁊ i sinu abrahe āgeli deducāt te. ps. In exitu. tot⁹ ps dicat̄ sine Glīa p̄ri. vt inferius patebit. scʒ in officio sepulture. Quo finito dicat sacerd. Dn̄s vobiscuʒ Oremus. Oratio:

Omnipotēs sempiterne et deus qui humano corpori animā ad similitudinem tuam inspirare dignat⁹ es: dū te iubēte puluis in puluerem reuertit̄: tu ymaginem tuam cum sctīs et elect; tuis eternis sedib⁹ p̄cipias sociari: eāq̧ ad te reuertentē de egipti partib⁹ blāde leniter suscipias et angelos tuos sanctos ei obuiā mittas: viāq̧ illi iusticie demōstra: ⁊ portas gl'ie tue illi aperi. . repelle q̄s ab ea oēs pricipes tenebraꝝ: ⁊ agnosce depositū fidele qd̄ tuū est. Suscipe dn̄e creaturā tuā nō ex dijs alienis creatā sed a te solo deo viuo ⁊ vo: quia nō est ali⁹ de⁹ p̄ter te dn̄e: ⁊ non est scd̄m opa tua. letifica clemētissime pater aīam serui tui. N. ⁊ clarifica eā in mul-

titudine mie tue. ne memineris q̄sumus iniquitatū
eius antiquaꝝ ꝛ ebꝛietatū quas suscitauit feruoꝛ ma
li desiderij. licet em̄ peccauerit: tamē te non negauit
sed signo fidei insignitus/ te qui oīa ꝛ eum inter oīa
fecisti fideliter adoꝛauit. Qui viuis ꝛ regnas deꝰ per
oīa secula seculoꝝ. Amen. an. Choꝛus angeloꝝū. ps.

Dilexi: q̄m exaudiet dn̄s vocē oꝛōnis mee. Quia
inclinauit aurē suā michi: ꝛ in diebus meis in
uocabo. Circūdederunt me doloꝛes moꝛtis: ꝛ picula
inferni inuenerūt me. Tribulationē ꝛ doloꝛē inue-
ni: ꝛ nomē dn̄i inuocaui. O dn̄e libera aīam meam:
misericoꝛs dn̄s ꝛ iustus: ꝛ deus nr̄ miseref. Custodi-
ens paruulos dn̄s: huīliatꝰ sum ꝛ liberauit me. Con
uertere aīa mea i requiē tuā: qꝛ dn̄s bn̄fecit tibi. Qꝛ
eripuit aīaꝫ meā de moꝛte ocl'os meos a lacrimis: pe
des meos a lapsu. Placebo dn̄o i regione viuoꝝ. ps.

Credidi pꝛopter quod locutus sum: ego autē hu
miliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo:
omnis homo mendax. Quid retribuaꝫ dn̄o: pꝛo om-
nibus que retribuit michi? Calicem salutaris acci-
piā: ꝛ nomen dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddam
coꝛā omni populo eius: pꝛeciosa in cōspectu domini
moꝛs sanctoꝝ eius. O dn̄e quia ego seruus tuus: ego
seruus tuꝰ ꝛ filius ancille tue. Dirupisti vincula mea
tibi sacrificabo hostiam laudis: ꝛ nomen dn̄i inuoca
bo. Uota mea dn̄o reddaꝫ in cōspectu omnis populi
eius: in atrijs domus dn̄i in medio tui hierusaleꝫ. ps.

Laudate dn̄m omnes gentes: laudate eum om-
nes populi. Quoniā confirmata est super nos
misericoꝛdia eius: ꝛ veritas dn̄i manet in eternū. ps.

Confitemini dño quoniam bonus: quoniaz in seculuz misericordia eius Dicat nūc israel qm̄ bonus: quoniā in seculū misericordia ei⁹ Dicat nūc domus aaron: quoniā in seculū misericordia ei⁹ Dicant nūc qui timēt dñm: quoniā in seculū misericordia ei⁹. De tribulatione inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudine dñs Dñs michi adiutor: nō timebo q̄d faciat michi homo. Dñs michi adiutor: ⁊ ego despiciā inimicos meos. Bonū est confidere in dño: q̄ꝫ confidere in hoīe Bonū est sperare in dño: q̄ꝫ sperare in principibus. Omnes gētes circuierūt me: et in nomine dñi quia vltus sum in eos. Circūdantes circūdederūt me: ⁊ in noīe dñi qꝛ vltus suz in eos Circūdederūt me sicut apes ⁊ exarserūt sicut ignis ī spinis: et in nomine dñi quia vltus sum in eos Impulsus euersus sum vt caderē: ⁊ dñs suscepit me Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus est michi ī salutē Vox exultationis ⁊ salutis: in tabernaculis iustoꝝ. Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutē Non moriar sed viuā: ⁊ narrabo opera dñi Castigans castigauit me dñs: ⁊ morti nō tradidit me Aperite michi portas iusticie ⁊ igressus in eas cōfitebor dño: hec porta dñi iusti intrabūt in eā. Cōfitebor tibi dñe qm̄ exaudisti me: ⁊ fact⁹ es michi ī salutē Lapidē quē reprobauerūt edificātes: hic fact⁹ est in caput anguli A dño factū est istud: ⁊ est mirabile in oculis nr̄is. Hec est dies quā fecit dñs: exultemus ⁊ letemur in ea. O dñe saluū me fac o dñe bene prosperare: benedictus qui venit in nomine dñi. Benedicimus vobis de domo dñi: deus dñs ⁊ illuxit.

nobis. Constituite diem solennem in condensis: vsqz ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te. Confitebor tibi dn̄e quoniā exaudisti me: et factus es michi in salutē. Cō fitemini dn̄o quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia eius. Ps. Beati imaculati vsqz ad Ad dominū cū tribularer. Sine Gloria patri. Finitis psalmis incipiatur an. Chorus angelorum te suscipiat: et in sinu abrahe collocet te: vt cū lazaro quondā paupere eternā habeas requiē. Qua finita dicat sacerdos. Oremus. Oratio.

D Iri vulneris nouitate pcussi et quodāmodo cordibus sauciati misericordiā tuā mundi redemptor flebilibus vocibus īploramus: vt cari nostri. N. animā ad tuā clementiaz qui fons es pietatis reuertentem blāde leniterqz suscipias: et si quas illa ex carnali cōmercione extraxit maculas: tu deus solita bonitate clemēter deleas/ pie īdulgeas/ obliuioni īperpetuū tradas: atqz hāc laudē tibi cū ceteris redditurā et ad corpus propriū quādoqz reuersuram: sctōrum tuorum cetibus aggregari precipias. Qui cū deo patre et spūsancto. Hic roget sacerdos orare pro co ita dicēs. Pro aīa. N. et p aīab9 oīm fideliū defunctorum Pater nr̄. Et ne nos. Sed libe. Requiē etnā do. eis dn̄e. Et lux ppetua. A porta inferi. Erue dn̄e. Non intres in iudiciū cū seruo tuo dn̄e. Quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Dn̄s vobiscum. Oremus.

P Artem beate resurrectionis obtineat: vitāqz eternam mereatur habere in celis. Per te saluator mūdi qui cum patre et spiritusancto viuis et regnas deus per oīa secula seculorum. Amen. Oremus.

DEus cui soli cōpetit medecinā pstare post mor tē: tribue q̄s vt aīa famuli tui. N. terrenis exu ta contagiis in tue redemptionis parte numeretur: ABsolue q̄s dn̄e aīam famuli tui N ꝛ aīas oīm fideliū defunctoꝝ ab omni vinculo delictoꝝ: vt in resurrectiōis glīa inter sctōs ꝛ electos tuos re- suscitati respirent. Per chꝛistū dn̄m nostrum. Amē. Deinde si coꝛpus regis inūcti fuerit qui migrauit ex hoc seculo: pꝛīo a suis cubiculariis coꝛpus eiusdē aqua calida siue tepida lauet: Deinde balsamo cū aroma tibus vngatur per totum / ꝛ postea in pāno lineo ce- rato inuoluatur. ita tamē ꝙ facies et barba illi⁹ tm̄ pateāt. ꝛ circa man⁹ ꝛ digitos ipsius dictus pannus ceratus: ita sit deposit⁹: vt quilibet digit⁹ cū pollice vtriusqꝫ man⁹ sigillatim īsuat per se acsi man⁹ eius cerotecis lineis essent coopte. Deinde coꝛpus induat tunica vsqꝫ ad talos lōga: ꝛ desup pallio regali adoꝛ netur: Barba vero ipsius decēter cōponat sup pect⁹ illi⁹: ꝛ postmodū caput cū facie ipi⁹ sudario serico co opiat: ac dein coꝛōa regia aut diadema capiti eiusdē apponat. Postea induātur man⁹ ei⁹ cerotecis cū au rofragiis oꝛnatis: ꝛ in medio digito dextre manus i ponatur anulus aure⁹ aut deaurat⁹ et ī dextera ma- nu sua ponatur pila rotōda deaurata: in qua virga deaurata sit fixa a manu ipsius vsqꝫ ad pectus pꝛotē sa: ī cui⁹ virge sūmitate sit signū dn̄ice crucis: quod super pect⁹ eiusdē pꝛincipis honeste debet collocari. In sinistra vero manu sceptrum deauratū habeat. vsqꝫ ad aurem sinistram decēter pꝛotēsum. ac postre mo tibie et pedes ipsi⁹ caligis sericis et sandaliis in-

duantur. Deniqȝ dict⁹ princeps ita adornatus cū regni sui pōtificib⁹ ⁊ magnatib⁹ ad locū quē pro sua sepultura prius elegerit cū omni reuerētia deferatꝛ: et cum exequijs regalib⁹ honestissime tradatꝛ sepulture ¶ Si vero corpus alteri⁹ fuerit: tunc tm̄ lauetur corpus aqua tepida vel calida si placeat: ⁊ postea lintheamine mūdo honeste inuoluatꝛ ⁊ in feretro locetꝛ: clericis interim dicentib⁹ vespas de die ⁊ de sctā maria et postea vigil. mortuorū vt infra patebit. Quib⁹ dictis dicantꝛ sine nota ps̄. seque. videlȝ. ps̄ Uerba mea ps̄ Domine ne in furore. i. quere hos ps̄os infra vigil. mortuorū in. i. noc. ps̄ Dilexi. ps̄. Credidi. q̄re vt s. ps̄ De pfundis. ps̄. Uoce mea. q̄re infra post laud mortꝛ quib⁹ finitis dicatꝛ ā Requiē eternā dona eis dn̄e et lux ppetua luceat eis. Kyri eleysō. Xp̄e el. Kyri el. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Requiē eternā. Et lux ppetua. A porta inferi. Erue dn̄e. Non intres in iudiciū. Quia nō iustificabitꝛ. Dn̄s vobiscū. Orem⁹.

Suscipe dn̄e aīam famuli tui. N. ad te reuertētem: veste quoqȝ celesti indue eā et laua eā sctō fonte vite eterne vt inter gaudētes gaudeat: ⁊ inter sapiētes sapiat: ⁊ inter martyres coronata incedat: et inter patriarchas ⁊ prophetas pficiat: ⁊ inter apostolos christū sequi studeat: et inter angelos ⁊ archāgelos claritatem dei videat: ⁊ inter paradisi rutilos lapides gaudium dei possideat/ noticiā mysteriorū dei agnoscat: ⁊ inter cherubin et seraphin claritatē dei videat: ⁊ inter viginti quattuor seniores cantica cāticorū audiat. ⁊ intꝛ lauātes stolas suas in fonte luminis vestē lauet. ⁊ intꝛ pulsantes portas celestis hie

rusalē aptas repiat ꝛ iter vidētes deū facie ad faciez videat: ꝛ iter cātātes cāticū nouū cātet. ꝛ iter audiētes celestē sonū audiat. Per xp̄m d. Sequat̄ alia orō.

SUscipe domine animam famuli tui. N. quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: et libera eam de principibus tenebrarū ꝛ de locis penarum: vt absoluta omni vinculo peccatoꝝ: quietis ac lucis eterne beatitudine perfruat̄: ꝛ inter sanctos et electos tuos in resurrectiōis gloria resuscitari mereatur. Qui cum deo patre. ꝛc. Anima eius ꝛ anime omnium fidelium defunctorum per dei misericordiam requiescant in pace. Amē. Deinde deportetur corpus ad ecclesiam: ibidez vel in cimiterio humādū

¶ Quando deportari debet corpus defuncti ad ecclesiam: imprimis sumat sacerdos spiculam ꝛ aspergat aquam benedictā super corpus exanime interim dicendo psalmū. De profundis. quo dicto sequat̄. Kyrieleyson. Christe el. Kyri el. Pater noster. Et nos. Requiem eternā. A porta inferi. Credo videre. Dominus vobiscū. Oremus. Orō. Inclina dn̄e. et oratio. Fidelium deus. et finiātur sub vna cōclusione sic. Qui cum deo patre. et cetera. Requiescant in pace. Amen. Si vero fuerit corpus mortuum cum processiōe suscipiēdum: tūc eodem modo ordinetur processio sicut in simplicibus dn̄icis: preter ꝙ in hac processione sacerdos ꝛ ministri eius in albis cum amictib⁹ induti incedant chorus aūt in capis nigris quotid. Et cum ad locum destinatum peruenerit processio: cadauer ipsum sacerdotē aqua bn̄dicta aspergat: et postea thurificet interim dicēdo psalmū. De profun

dis. vt supradictum est. Deinde in redeundo dum de portatur corpus ad ecclesiam cantetur sequēs anti.

cantore icipiēte. ā. Subuenite Chorus p seqt. sancti dei occurrite

angeli domini susci pientes animā e

ius offerentes e am in conspe ctu

al tissi mi. ℣. Suscipiat te christus qui vocauit

repetat ā Subuenite. Deinde dicat ps. De psūte

te et in sinu abrahe angeli deducāt te. dis. et post vnū quēqꝫ ℣. repetatur ā. et postea si necesse fuerit dicatur eodem ordine. ps. In exitu. reqre postea in officio sepul. deinde in introitu cimiterij vel citius inchoet ℟. Libera me dñe. et dicat cū hoc ℣. tm̄ Dies illa. reqre i Dirige ante laudes. Nunq porte t cm̄ corpus alicuius defuncti circa cimiteriū: sed directe in ecclesiam et si corpus canonici vel alterius magnatis fuerit in chorum deferat: si autē extra chorum i eccl'ia post or. reliquat.

In itroitu eccl'ie dicitur hec ā. cātore incipiēte an.



In paradisum deducāt te angeli in suū cōuentū su



scipiāt te martyres et pducant te in ciuitatē sanctā




hierusalem. ℣. Requiem eternā dona eis domine.



Repetatur antiphona: In paradisum. qua finita sequatur.

et lux perpetua luceat eis.



Deinde aspgat

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. sacerdos aqua benedicta corpus defuncti et thurificet: rogās astātes orare pro aīa defuncti ita dicēs. Pro aīa. N. et p animabus oīm fideliū defunctor. Pater noster. Et ne nos. A porta inferi. Nō intres ī iudiciū. Quia nō iustificabitur. Dn̄s vobiscum. Oremus. Oratio.

S Uscipe dn̄e seruuz tuū in bonū habitaculū: et da ei requiē in regno celesti hierusalē vt ī sinu abrahe patriarche tui collocat⁹: resurrectōis diē prestoletur: et inter resurgētes ad gloriā resurgat: et cum bn̄dictis ad dexterā dei veniētib⁹ veniat: et cū possidētibus vitam eternā possideat. Per christū. Anima

eius ⁊ anime omniū fideliū defunctorū p dei miam in pace requiescant. Amē. Deinde dicātur solēniter vigilie mortuoꝝ: ⁊ postea complet̄ de die more solito ¶ Ubi vero in die sepulture deportet̄ corp⁹ ad eccl'iam tunc immediate post p̄dictam oꝝ. **Suscipe domine.** dicat̄ cōmēdatio aīaꝝ solēnit̄ vt infra post vigilias mortuorum patebit: et finito p̄s. **Domine probasti.** statim incipiatur missa pro defunctis. Deinde exeat sacerdos cū stola ⁊ aqua b̄n̄dicta ad locū vbi sepeliē-dus est mortu⁹ ⁊ signo cruc; signet locū: ⁊ postea asp-gat aquā benedictā. deīde accipiat sacerdos fossoriū vel aliud instrumentū ⁊ aperiat terrā in modū cruc; ad lōgitudinē ⁊ latitudinē corporis defuncti dicens **Aperite michi portas iusticie ⁊ ingressus in eas cōfi-tebor domino: hec porta dn̄i iusti intrabunt in eam.**

